si [1] non forte ante, aut per generalem aut per specialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus obligata: tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem temporum [2] privilegia unicuique creditorum servari decernimus. Ex quo jam claret quod generales hypothecas multo [3] magis litigiosi vocabulo nolumus contineri: sed earum actiones secundum veterum legum constituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigiosis, & specialibus hypothecis disposuimus, ut jam nulla de his in judiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem hujusmodi certamina terminentur.

CAP. II.

De cautione quæ ante reorum citationem præstari debet ab actore.

AD excludendas autem calumniose moventium intentiones, & executorum fraudes, aliud invenit providentia nostra remedium. Sancimus [4] enim omnes judices, si quando aliquos teneri [5] vel [6] amoveri voluerint, hanc conditionem in suis interlocutionibus [7] adjicere, *ut non aliter conventionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulæ [8] executoribus dentur, nisi prius & in libello actor per se, aut per [9] tabularios subscripserit [10]: & actis intervenientibus fidejussorem [11] idoneum pertulo competentis officii præstiterit, confitentem quod [12] usque ad finem litis permaneat, & suas intentiones aut per se aut per legitimum procuratorem exerceat: & si postea fuerit approbatus injuste litem movisse sumptum, & expensarum nomine decimam [13] partem ejus quantitatis, quæ in libello continetur, pulsato restituat.* Si [14] autem dixerit non valere fidejussorem dare: tunc apud judicem a quo causa examinanda est fantis propositis Evangeliis per sacramentum hoc ipsum affirmet, & sic [15] juratoriam [16] cautionem exponat, & per eam hæc quæ superius dicta sunt, profiteatur. §. 1. Si vero non hæc omnia quæ prædiximus, secundum ante latum modum processerint, nullatenus pulsatum responsum facere executori concedimus. nam si citra memoratam dispositionem, aut aliquis judicum, aut officium ejus, vel quilibet executor negotii aliquem convenire præsumpserit: judex quidem & officium ejus denarum [17] librarum auri pœnam sustinebit: ipse autem executor negotii & confiscationem suæ substantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur: pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum privatarum exigenda, & nostri fisci juribus [18] inferenda. Omne autem dispendium quod pulsatus ex hac conventione præter tenorem nostræ legis factum perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato refarciatur periculo judicis, cujus ab executore detentus est, necnon & officii, quod ejus justionibus obsecundat, ut undique nostro imperio superna majestate ac divinitate crediti, pro sua indemnitate lætentur. Causas vero quæ ex consensu utriusque partis in judicio moventur, a pœna hujus constitutionis liberas esse decernimus: & sicut aliis nostris continetur constitutionibus terminari.

CAP. III.

Ut [19] post annum & tria edicta in actorem contumacem sententia feratur [20].

OMnem [21] vero causarum finem volentes celeriter pervenire, illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere judicium, dicentes legem [22] esse, quæ decernit *neminem [23] actiones suas exercere nolentem compelli.* Et hanc igitur pravitatem extinguere festinantes, jubemus memoratæ legis auxilio non [24] eos uti, qui contra aliquem suas propositerint actiones: sive per judiciariam conventionem, sive per preces principi oblatas, & judici insinuatas, & per eum ad scientiam adversarii deductas, vel sub legitimi judicis cœptas examine. Injuste enim agere recusat, qui paratus [25] adversarium sum ad judicium vocavit: cum excusatio hæc pulsato magis quam actori conveniat. Quamobrem sancimus *actorem [26] cœptum negotium usque ad finem litis exercere.* Si vero causam prosequi distulerit: damus pulsato licentiam, judicem apud quem lis cœpta est postulandi: ut ab eodem judice actor ad judicium aut per se aut per legitimum procuratorem venire moneatur: & si hoc minime fecerit, propositis tribus vocetur edictis: unaquaque cautione non minus quam triginta [27] dierum spatio concludenda. Jubemus enim ordinarios [28] judices non solum præconum [29] vocibus, sed etiam edictis [30] propositis quamcunque litigatorum partem absentem in judicium vocare. Vocem enim præconum pauci possunt qui præsentes inveniuntur, audire: edicta vero per multos dies sic posita possunt pene omnes agnoscere. Aliis autem omnibus judicibus qui per imperialem justionem causas examinant, ex præsenti lege permittimus partes quæ in judicio non permanent, propositis edictis vocare, ne causæ infinitæ permaneant.

§. 1. Si vero apud judicem initium [31] lis non acceperit, sed tantum conventionali libello quicunque pulsatus est, aut precibus nostræ oblatis clementiæ: justio nostra super hoc prolata, sive scriptis, sive per mandata judici fuerit intimata, & ea adversario per eum cognita: etiam sic licebit pulsato ire ad competentem judicem & per eum suum adversarium simili modo vocare: ut liquidem sui præsentiam actor fecerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur.

§. 2. Si vero propositis edictis vocatus ad judicium venire, & suas intentiones aut per se aut per legitimum (sicut dictum est) procuratorem proponere noluerit: tunc & aliud unius [32] anni spatium ei concedimus: intra quod, nisi suam intentionem fuerit prosecutus, damus licentiam judici, & absente adversario, partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare: & veritate subtilius requisita, legitimam [33] proferre sententiam. Si vero intra prædictum anni spatium venerit: & suas intentiones exercere voluerit: jubemus judicem modis omnibus expensas vel sumptus quos propter litem pulsatus permanens in judicio sustinuerit, ante omnia exigere actorem, & pulsato dare: & sic actorem permanere: donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantummodo venerit, & expensis sive sumptibus datis solum annale tempus interrumpere voluerit, & iterum a judicio recedens, usque ad exitum causæ non permanserit: jubemus eum post prædictas editorum & annalis spatii observationes ab omni cadere actione, quam sibi competere contra pulsatum existimabat. *Deterior namque dolus ejus agnoscitur, qui interruptam iterum litem deservit, quam qui semel acceptam dereliquit.* Legis autem privilegio, quæ nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones movere: illis [34] tantummodo uti concedimus, qui nullam secundum prædictos modos adversario moverint quæstionem.

EPILOGUS.

† Hæc autem omnia obtinere decernimus in causis quæ necdum vel judiciali sententia, vel amicabili conventione, vel alia juri cognita decisione finitæ sunt, Theodote [35] parens charissime atque amantissime. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua præsentem nostri numinis legem in perpetuo valituram edictis in hac regia urbe propositis, & præceptionibus in universis provinciis sub tua constituis jurisdictione directis faciat manifestam: ut omnes ea quæ pro utilitate eorum sancimus, a te custodienda cognoscant. Dat. 4. Idus Septembr. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XV. [36] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XIV.

IN [37] MEDIO [38] LITIS NON FIERI [39] SACRAS [40] FORMAS AUT SACRAS JUSSIONES: SED SECUNDUM ANTIQUAS LEGES GENERALES LITES DECIDI.

NOVELLA CONSTIT. CXIII.

Imp. Justin. Aug. Theodoto sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

OMnia secundum [41] nostras leges agi volentes, & harum virtutem servari studentes, perspeximus præsentem scribere legem, ad ipsarum legum obervationem. Agnovimus enim quoniam quidam judicum volentes eis qui causas dicunt, tergiverfari, & celare suas festinantes dilationes, excusant se frequenter, dicentes quod sacræ formæ aut sacræ justiones aut dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum insinuatæ eis sunt, tanquam dispondentes, quemadmodum oporteat negotium examinari aut judicari.

CAP. I.

ET propterea sancimus, ut dum lis examinatur, sive in pecuniariis, sive in criminalibus, aut aliis quibuscunque emergentibus causis apud

1 Specialis hypotheca prior tempore, alii speciali tempore posteriori, præfertur, *ut hic:* ut & specialis prior tempore, generali posteriori, *ut hic.* Generalis vero anterior, generali vel speciali posteriori præfertur. *leg. 2. ff. l. 6. Cod. qui potior.* etiam si res specialiter post constitutionem generalis hypothecæ obligata, a debitore fuerit adquisita, productior enim ad res futuras jus generalis hypothecæ, *l. ult. C. quæ res pign.* Quid si generalis creditor, anterior tempore, pignus speciale creditori speciali evincat? Generalis creditor cogetur antea discutere extera bona debitoris, *Authent. hoc si debitor, Cod. de pign.* nec beneficium pignoris specialis speciali creditori auferendum, ut illiud vel non perfequatur, vel non retineat. Pignoris specialis utilitas in eo maxime versatur: Quimmo rei specialiter mihi obligatæ emptor discussionis beneficium creditoribus generalem hypothecam habentibus objicere poterit. Eodem quoque jure posteriores creditores pignus speciale vel pussidentes, vel perfequentes utentur. Beneficium denique discussionis, emptoribus & creditoribus (quibus jus est specialis hypothecæ) competet: nunquam tamen in anteriorum creditorum fraudem vel damnum, quibus hæc fubfidiaria, discussio reo principali, datur. 2 *leg. 2. C. qui potior.* 3 Specialis hypotheca fi rem litigiosam non facit, multo minus generalis facit. 4 Hinc fumpta eft Authentica, *Generaliter, C. de epifc. & cler.* 5 Συνοδεύουσι comprehendi. 6 Η ὑπομνησεῖναι, vel admoneri, citari. *Ital.* 7 Διαλελειμμένοι, Græci hic & 7. Eod. *c. 2.* Græci vocant interlocutiones. 8 Σπυρίδιας, *Eclog. d. loco σπυρτυλλίου*, Græci *hic.* 9 Subfcribere per tabularium actor poteft. 10 Libello accufatorio fcilicet, vide Jul. *hic num.* 369. 11 *Novell.* 53. *c.* 2. & 2. *Inft. de fatisdat.* 12 Cautio de lite profequenda & permanendo ad finem usque litis.

13 Pœna tempore litigantis §. 1. *Inft. de pœna tem. litig. Novv.* 53. *c.* 1. *Nov.* 96. *c.* 1. adde Cujac. 7. *obf.* 5. adde quæ fcripfi de decima ad *l.* 2. §. 2. *ff. de poftulationibus.*

14 Libellus in caufa criminali, antea reo dari non debet, quam accufator ei fe fubfcripferit, quam fidejuffiorem de lite profequenda dederit & decima quantitatis in libello comprehenfa præftanda, quo cafu item male moviffe dictus fuerit. Si fidejuffiorem dare non poterit, juratoriæ cautioni committetur. 15 Ειδηστοῦ ὁμολογίαν. Juratoriam cautionem hic appellant, de qua dixi ad Harmenopulum, *l. 1. tit.* 2. §. 26. & 27. quæ eidem ἐξωσίαν, adde *Novell.* 22. *c.* 44. *Nov.* 53. *c.* 4. & 134. *c.* 9. Dicitur quoque *διωρισμὸν. Novell.* 112. *cap.* 2. 16 Juratoriæ cautioni committitur, qui fidejuffiorem reperire non poteft, vid. *l.* 26. *C. de epifc. & cleric. l.* 12. *C. de prox. facr. fcrin.* 17 Pœna denarum librarum injuffu executori impofita. 18 *Al.* viribus, vide quæ fcripfi *Novell.* 144. *in fin.* 19 Si admonito reo, judicium defererit actor. 20 Vide Novell. Leon. 108. 21 Hinc fumpta eft Authentica, *qui femel. C. quomodo & quando judex.*

22 *l. un. C. ut nemo vestras agere.*

23 Invitus nemo agere cogitur: *ut hic.* vid. tamen finem hujus capitis & *l. diffamari. C. de ingenuis manumiff.* 24 Qui femel adverfus alium egit, actionem continuare cogitur, ideoque regula, *ut nemo invitus agere cogatur*, non pertinet ad eum, qui agere cœpit: adde *l.* 5. *Cod. de ingen. manumiff.* 25 Eft enim in arbitrio actoris agere velit, necne: Neceffitatis vero in reo, excipere.

26 Actor cœptum negotium ad finem usque litis exercere debet. 27 Olim 10. dierum. *l.* 69. *ff. de judiciis: l.* 13. §. 2. *Cod. de judiciis.* 28 Ὀρδινάριος δικαστὴς, ἤγουν τοῦ ἰδιώματος. Græci hic, & *Eclog. dict. loco.* funt igitur ἐμαθημένοι δικασταὶ judices ordinarii. 29 Abfentes vocantur in jus aut præconis voce, aut per edicta publice propofita. Præconis voce ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, *ut hic:* & quidem dupliciter, vel in ipfo judicio per præconem, id eft, apparitorem, *l.* 7. *ff. de in integr. reft. Par un huiffier:* vel extrajudiciales κηρύγματα, *Nov.* 134. *c.* 5. Gall. *A fon de trompe & cry public.* adde leg. 10. *ff. de publicis. l.* 2. §. 3. *l.* 15. §. 2. *l.* 42. §. 1. *ff. de jure fifci.* Per edicta vocantur, id eft, programmata, προγράμματα προτεθέντων ἐπὶ γραμμάτων, vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de requirendis reis:* five libellis affixis ad domicilium abfentium, *l.* 2. §. 6. *ff. de annon. l.* 2. *Cod. de annalt except.* vel ad judicii locum, *par affiches.* Porro citatio, quæ fit *per buccinam*, raro fieri folet, fed certis tantum caufibus: puta, quoties reus effugit, ne citatio ad fe perveniat: quando in eo loco eft, ubi tuto convenii non poteft: quoties reus habet incertum & vagum domicilium: quoties contradictor eft incertus, tunc enim omnes citandi funt, quorum intereffe poteft, puta creditores defuncti. *l.* 6. *C. de remiff. pignor.* vide Gallium 1. *obferv.* 57. 30 Quæ Græcis πραγέσματα. 31 Contefatus non fuerat. Initium litis, conteftatio. 32 Si lis nondum eft conteftata, tribus edictis reus fit contumax, ab his anni fpatium etiam habet, intra quod comparere poteft, folutis tamen prius adverfario expenfis, *verf. Si vero. §. hinc.* Si comparuerit, & turfus in parem contumaciam incidit, repellendus eft, *verf. Nam fi tantummodo. §. hinc.* 33 Definitivam. 34 Nemo invitus agere compellitur re integra. *l. unica Cod. ut nemo invitus agere.* Res non eft integra, lite cum adverfario conteftata aut eo prehenfo, vid. Jul. *hic num.* 370. 35 Non erat pater Juftiniani, fed honoris caufa eum ita appellat. Purpurat. *in l. final. C. de edenda.* Ant. 36 Id eft, anno 541.

37 De pragmaticis fanctionibus & diverfis juffionibus principis & officio judicum & ordine Jul. *conft.* 106. 38 *l.* 1. *C.* 21. *Nov.* 82. *c.* 13. *l.* 13. *C. de appell.*

39 Exceptio novatorum hinc oritur, de qua vide Oldend. *c.* 4. *de except.* 40 Ne facræ formæ fiant in medio litis, *Index Regnæ.* adde Julian. *conftit.* 105. adde 2. *Eclog. c. cap.* 23. Θείας τύπους Græci hic appellant, quas interpres vertit facras formas.

41 Ex legibus judicandum eft. Nov. 15. *cap.* 1. *in fin.* & 82. *cap.* 12. *l.* 9. *C. de pœna judicis. l.* 40. *ff. de judiciis & vr. Inftit. de offic. judic.*

judices,

judices, five hic, five in provinciis, neque [1] pragmaticum typum, neque aliam præfcriptionem, neque facram noftram quamlibet ex fcripto aut non fcripto juffionem ad poftitionem in hac regia civitate fpectabilium noftrorum referendariorum [2], aut alterius cujuslibet, difponentem eos quomodo decet inchoatum examinare aut judicare negotium: infinuare judicantibus, aut infinuatam valere: fed fecundum generales [3] noftras leges caufas examinari & decidi. Quod [4] enim in legum pofitum [5] eft poteftate, non egebit aliqua extrinfecus [6] difpofitione. Si quod enim ad nos negotium, apud judicem jam dictum, aut antequam hoc principium fumat, perfpeximus nos hoc per proprium noftrum judicium difponere & dicere: hoc nequaquam alterius judicis egebit judicio. Sicut enim a nobis per facrum (ficuti dictum eft) judicium difpofita aut decifa, non [7] egebunt aliorum examinatione, aut judicio, aut retractatione [8] aliqua: fic nos (quibus Deus fanciendi poteftatem donavit) fi aliquod judicium in quolibet negotio protulerimus, non alii judici hoc committimus five per formas, five per difpofitiones fpectabilium noftrorum referendariorum, aut alterius cujuslibet, quomodo convenit hoc negotium examinari aut judicari: utpote quia a nobis femel judicatum eft, quod retractari a nullo valeat: his videlicet tenentibus, quando fcripta talis aliqua noftra procedit fententia. Si [9] vero aliqua dubitatio judici de aliqua fiat lege: nunciet ad noftram poteftatem, & a nobis expectet caufæ fcriptam declarationem aut interpretationem, & fecundum eam decidat litem. §. 1. Si vero dum caufa dicitur, pragmatica noftra forma, aut difpofitio fpectabilium noftrorum referendariorum, aut alterius cujuslibet, aut aliud aliquid horum quæ dicta funt omnium, judicantibus infinuetur, ordinans in his examinationem, aut fententiam, jubemus judicem quidem omnino non refpicere: fed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem fecundum generales noftras leges caufam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuftodierit judex, decem librarum auri eum fubjacere pœnæ: ut etiam aliam noftram majorem indignationem experiatur: eidem pœnæ fubjecto & eo, qui præfumet talem aliquam dictare formam, & miniftrantibus ei, & talem aliquam difpofitionem facientibus fpectabilibus noftris referendariis. Et hæc dicimus five [10] ex facra noftra fanctione judicare quispiam deputatus eft, five ex præcepto judiciali, five fecundum arbitrium, aut compromiffariorum fchema quæftionem audit: five fcripto, five fine literis. Sed vel fi quis judicum propriam defpiciens falutem ex aliquo tali præfumpferit fententiam proferre: hanc ita infirmam [11] effe volumus, ut neque appellatione indigeat, neque ex compromiffo inferatur pœna. Nos enim omnes judices fecundum generales noftras leges examinationes & fententias ferre volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque judicialis quælibet valebit juffio extra quod ordinatum eft hac noftra lege.

CAP. II.

SUper hoc autem & illud judices noffe opus eft, quia competens eft eos, & quæ [12] adhuc & nunc moventur quæftiones, fecundum generales determinare leges, vel fi quispiam præceffit impetrans [13] fanctionem, difponentem judicantis examinationem, aut fententiam. Ei enim qui tale aliquid impetravit jam, fententiamque definitivam nondum promeruit, nihil ex iis quæ impetravit, prodeffe volumus. Si enim femel pervenit fententia definitiva [14] data: nequaquam hanc ex noftra hac perfcrutari lege jubemus: licet appellatio fubfecuta fit, aut retractationis eft aliqua fpecies contra fententiam. Eam autem juffionem, quæ non difponit quidem judicantem, aut judicare futurum, quomodo oporteat quæftionem fieri, aut judicium inferri: caufam vero fini [15] ftudiofe tradi legitimo vult: aut actorum imponet editionem, aut judicem coget legitimam proferre fententiam, aut fimul [16] alium judicem fecundum noftras præftitutas leges; & fieri, & valere, & fcripto & fine fcriptura non prohibemus.

CAP. III.

UT autem omnes noftri fubjecti & maxime qui litibus atteruntur, noftram pro fe noverint providentiam, & nullus hanc facram noftram circumveniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: fancimus in unoquoque negotio initium apud judicem accipere ex procæmiis [17] mox, & ante ipfam perfonarum firmationem [18] inferibi eam, & monumentorum fieri partem: fic enim geftis præfulgens prohibebit ea quæ præter ejus virtutem tentantur circa eam, & circa ipfam forfan perfonarum firmationem [19]: & prævaricari eam nitentibus per multa interminata refrenabit a talibus eos præfumptionibus, & propriis tempus non finet fieri pœnis. Ut enim iniquitatem fimul & injuftitiam per omnia expellamus, propterea præfentem pofuimus legem, undique eam, & per eam alias cautas & incircumveniendas cuftodientes reipublicæ leges, fecundum quas & nos ipfi imperium, quod Deo dante fufcepimus, cuftodire, noftramque rempublicam ab his legibus muniri femper optamus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc facram declarata funt legem, tua celfitudo fervare quidem ftudeat, omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac feliciffima civitate, præceptis autem folenibus utens ad provinciarum præfides, ut omnes homines fciant eam quam fuper eos habemus providentiam. Dat. 10. Kal. Decembr. CP. DN. JUSTIN. PP. Auguft. Anno XV. [20] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XV.

UT [21] DIVINÆ [22] JUSSIONES SUBSCRIPTIONEM [23] HABEANT GLORIOSISSIMI QUÆSTORIS.

NOVELLA CONSTIT. CXIV.

Imperator Juftinianus Auguftus Theodoto facrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

NOftræ ferenitatis folicitudo remediis invigilat fubjectorum, nec ceffamus inquirere, fi quid fit in noftra republica corrigendum. Ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus. Unde ad univerforum utilitatem pertinere perfpeximus, fi facras etiam juffiones cum comperenti jubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro fua voluntate profiteri.

CAP. I.

NAm [24] præfenti lege decernimus, nullam divinam juffionem neque per viri magnifici quæftoris adjutores, neque per aliam cujuslibet militiæ aut dignitatis aut officii perfonam, cuicunque judici confectam, a quolibet fufcipi cognitore, cui magnifici viri quæftoris [25] annotatio fubjecta non fuerit, qua contineatur *& inter quos, & ad quem judicem [26], vel per quam fuerit directa perfonam:* quatenus omni pofthac ambiguitate fubmota, nulla cuilibet excufationis relinquatur occafio: fcientibus judicibus vel adminiftratoribus univerfis, quod fi in quolibet negotio facram fufceperint juffionem, nifi cui quæftoris viri magnificentiffimi fuerit fubjecta annotatio, mulcta viginti librarum auri, & officium eorum fimili pœna plectetur: quibus jubemus fi qua talis juffio ad eos pervenerit, mox ad prædictum virum magnificum quæftorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, deftinare: ut in eum vindicta procedat, quam in falfarios jura noftra conftituerunt, Theodote, parens [27] chariffime, atque amantiffime.

EPILOGUS.

† Quam legem perpetuo valituram celfitudo tua ad univerforum faciat pervenire notitiam.

Ejusdem breve argumentum.

Omnis facra juffio quæftoris fubfcriptionem [28] habeto: & quibus de rebus publicetur qualemque judicem det, manifeftator. Non repugnat quod jubetur, omne principis refcriptum principis manu omnino fubfignari debere. Nam præfens conftitutio non tollit & abrogat quod in Cod. [29] dictum eft, fed addit quod hic ftatuitur, videlicet quæ a principe fubfignari non oportet [30].

TIT. XVI.

UT [31] CUM DE APPELLATIONE COGNOSCITUR, SECUNDUM ILLAS LEGES DEBEAT JUDICARI, QUÆ TEMPORE [32] LATÆ SENTENTIÆ OBTINEBANT: NON SECUNDUM EAS QUÆ POSTEA PROMULGATÆ SUNT: ET DE ALIIS CAPITULIS.

NOVELLA CONSTIT. CXV.

1. Ut cum de appellationibus, & retractationibus, & relationibus judicum cognofcitur, fecundum illas leges controverfiæ decidantur, quæ tempore latæ fententiæ & fuggeftionis obtinebant, non quæ poftea promulgatæ funt. 2. Si altera litigantium pars renunciet fe allegationibus contentam fore, altera vero differat, quafi non contenta, judex dato unius, & item alterius, & tertii menfis dilationem, his autem præteritis non amplius expectato, fed proferto fententiam. 3. Quæ caufæ ingratitudinis rationabiliter filiis objici poffint a parentibus. 4. Quæ rurfum caufæ ingratitudinis, rationabiliter poffint parentibus objici a filiis. 5. Ut lugentes, & qui genere illis proximi funt, nulla de caufa intra nonum diem prehendantur vocenturque in jus. 6. De conftitutæ pecuniæ obligatione & fponfionibus, fi quis ita pecuniam conftituat aut fpondeat, fatis tibi facio, aut fatis tibi fiet a me, & hoc & illo: aut fatis tibi fiet a me, aut hoc aut illo.

Imp. Juftin. Auguft. Theodoto orientalium facrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

PErvenit ad fcientiam noftræ ferenitatis, quod cum inter Euftathium virum reverendiffimum Tholonæ [33] civitatis Epifcopum, & Piftum, diaconum eccleſiæ Thelmiſſenſis [34] fuiſſet cauſa commota, proceſſit a rectore provinciæ definitiva ſententia, contra quam appellatio eſt porrecta. Judices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad noſtram clementiam retulerunt, an ſecundum leges quæ obtinebant, quando proceſſit definitiva ſententia, an ſecundum tenorem illius legis, quæ poſt definitivam ſententiam a nobis promulgata eſt, eandem cauſam examinare deberent. Nos itaque juſtum eſſe perſpeximus, ſecundum leges quæ obtinebant tempore latæ ſententiæ prædictam appellationis cauſam examinari, & terminum ſecundum ipſas accipere. Prævidimus autem & poſt hanc ſi quandocunque dubitatio talis emerſerit, eam ſimili ordine terminare.

1 Non ex juſſione principis, pendente lite, impetrata judicandum eſt. 2 Referendarii interdum nunciabant judicibus, quemadmodum litem finiri vellet princeps.

3 Γενικὸς νόμος appellant Græci. Sic & *d. l. Eclog.* & *Harmenop. 1. tit.* 1. §. 47. τὰ καινὰ καὶ ὁ νόμος ὁ τὴν πάτριον ἀβρόλως πομφόλυγα, adde *Novell.* 82. *l. ult. Cod. ſi contra jus vel utilitatem publicam.* ubi dixi. 4 *l.* 1. §. 4. *ff. ad Sc. Turpill.*

5 Κρινόμενον *Synopſ. ibid.* quod ex legum autoritate decretum eſt. 6 Id eſt, aliunde petita. 7 Appellari a ſententia principis non poteſt, nec ab ea fit retractatio, interdum tamen princeps minoribus indulget reſtitutionem adverſus eam ſententiam, quam ipſe dixit. *l.* 18. *ff. de minoribus.* Poteſt & quod vulgo dici conſuevit, a principe dormiente ad ipſum vigilantem appellari, qua de re vide exemplum, apud Plutarch. in Apophthegm. ubi de Philippo rege. 8 Ἀνακλητέους, *Novell.* 82. *cap.* 12. *in fin.* & hoc abrogatur *Nov.* 125. *c.* 1. 9 Hoc

10 Judices dantur, vel a principe, vel a magiſtratu: eliguntur a litigatoribus. 11 Sententia ex reſcripto lata, non ex legibus, ipſo jure nulla eſt: & ex compromiſſo, pœnæ promiſſo non eſt, *l.* 10. 11. *C. de tranſ.* 12 Leges interdum formam dant pendentibus negotiis.

13 Ambitioſis ex reſcriptionibus non judicatur, Jul. *hic.* Ambitioſa ſunt ad gratiam compoſita: κολακικὰ. adulatoria, per adulationem impetrata. 14 Finita negotia reſcripto non ſunt revocanda. Finitum dicitur, quoties definitiva ſententia lata eſt: quamvis appellatio aut retractatio in eam ſperetur. *Jul. hic.* 15 Etiamſi hæc lex vetat reſcripta a principe impetrari: non tamen vetat id genus reſcripti, quo judicatur judices fine dilatione vel mora cauſas dirimere, vel ſecundum leges judicare, vel acta litigatoribus edere, vel cum alio judicare, *l. ult.*

16 Juratoriæ cautioni committitur, qui fidejuſſorem reperire non poteſt, vid. *l.* 26. *C. de epiſc. & cleric. l.* 12. *C. de prox. ſacr. ſcrin.* 17 Id eſt, ab initio.

18 Firmatio perſonarum, ſatisdatio, §. 3. *Inſt. de ſatisd.* 19 Id eſt, ſatisdationem, §. *hic.* 20 Id eſt, anno 541.

21 Fuit hæc conſtitutio Latina, ut & *Nov.* 66. & 143. 22 De ſacris juſſionibus, *Index Reg.* divinas, intelligo imperatoris, hoc enim titulo juſtinianus ſibi blanditur, ut & quidam Epiſcopi, ſanctitatis nomine. Sic divina beneficia *l.* 6. *in fin. C. de diverſ. rejcr.* facri affatus, *l.* 6. *d. tit.* oracula *l.* 7. *d. t.* 23 De his verbis *Quæſtor legi*, vide conſtitutionem Juſtini de filiis liberarum, *infra.* 24 Hinc ſumpta eſt Authent. *Quæſtoribus. C. de decur. refer.* 25 Cancellarius apud Gallos appellatur. 26 Forma eſt hinc ſui Imperatoriæ juſſionis. 27 Solent Galliæ reges hoc formula uti ad judices, *A noſtre aimé & feal*, vid. *l.* 17. *ff. de jure patron.* adde Papon. 3. *Notar.* 5. *des termes en reſcripts d'aimé & feal.* 28 Subſcriptio quæſtoris his verbis fiebat, *Quæſtor legi. ut* §. *dixi.* 29 *l.* 3. *fin. C. de diverſ. rejcript.* 30 Culacius hanc ſubſcriptionem addit, Dat. Kal. Novembr. C. P. Juſt. P. F. Auguſt. anno XVI. Baſil. V. Cof. Is eſt annus 542.

31 Jul. *conſt.* 107. 32 Punitur tamen reus ea pœna, quæ obtinebat tempore delicti commiſſi non ſententiæ, *leg. 1. ff. de pœnis.* In æſtimatione Falcidiæ, in bonæ fidei judiciis tempus rei judicatæ: in ſtricti juris judiciis, litis conteſtatæ tempus ſpectamus, *l.* 3. §. 2. *ff. commod.* 33 Τῶν τόλεως, eſt autem Tios civitas Lyciæ, §. Plin. 27. & Prol. a Tlo Tremili & Praxidicis Nymphæ filio. vid. Stephan. *lib. de urbibus in voce.* 34 Telmeſſos urbs maritima Lyciæ. Plin. *d. l. Prol.* Strabo. aliis Cariæ. *Stephanus in τελμισσός.*

CAP.

CAP. I. [1].

Ut causæ appellationum dirimantur ex iis legibus quæ tempore latæ sententiæ [2] obtinebant.

IDeoque sancimus, si quando de aliqua causa processerit definitiva sententia, & provocatio fuerit subsequuta: appellationis examinatores secundum leges quæ tempore definitivæ sententiæ obtinebant, terminum dare negotio: hoc eodem videlicet observando & in retractandis [3] amplissimæ prætorianæ sententiis, & in suggestionibus [4] judicum, quando [5] utræque partes *omnibus allegationibus suis renuntiaverint*, & judices per suas relationes, quid disponi debeat, interrogaverint. In omnibus enim prædictis casibus illas leges a cognitoribus [6] servari decernimus, quæ [7] tempore sententiæ, aut certe relationis obtinebunt: tametsi contigerit postea legem promulgari novi aliquid disponentem, & tenorem suum ad [8] præterita quoque negotia referentem.

CAP. II.

De his qui post renuntiationem adversariorum se allegationes habere dicunt [9].

SEd [10] & hoc præsenti addimus sanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit unam quidem partem suis allegationibus renunciare, aliam vero scientem se malas causas habere, post cognitionalia [11] certamina, & dilationes [12], quas [13] probationum causa leges concedunt, nolle confiteri allegationes sibi sufficere, ne cito causæ qualitas agnoscatur: jubemus [14], ut quando una pars *allegationibus renunciaverit*, alia vero pars dixerit *se habere aliquid quod proponat*: judex negotii modis omnibus eam partem quæ utitur dilatione [15], compellat *intra triginta dies postquam altera pars renuntiaverit, quidquid velit, sine aliqua intermissione proponere*: quod si non fecerit, tunc ad ejus malitiam convincendam alius unus mensis indulgeatur a judice. Si vero & sic distulerit, alterius unius mensis ei dilatio præbeatur: ita ut si usque ad prædictos tres menses quos litigatoribus protrahentibus concessimus, suas non propoſuerit allegationes: tunc cognitor causæ non [16] amplius expectans modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem: vel si voluerit, referat, ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra protrahere.

CAP. III.

Quæ [17] sint justæ exheredationis liberorum causæ [18].

ALiud [19] quoque capitulum præsenti legi addendum esse perspeximus. Sancimus igitur non [20] licere penitus patri vel matri, avo vel aviæ, proavo vel proaviæ suum filium vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exheredes in suo facere testamento, nec [21] si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem: nisi forsan probaverint ingrati: & ipsas nominatim [22] ingratitudinis causas [23] parentes suo inseruerint testamento. Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeant judicari, in diversis legibus dispersas, & non aperte declaratas invenimus: quarum aliquæ nec *dignæ* nobis ad ingratitudinem visæ sunt: aliquæ vero cum essent dignæ, prætermissæ sunt: ideo necessarium esse perspeximus eas nominatim præsenti lege comprehendere: ut præter [24] ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in hujus constitutionis serie continentur. Causas autem justas ingratitudinis has esse decernimus.

§. 1. Si quis parentibus suis manus [25] intulerit. §. 2. Si gravem [26] & inhonestam injuriam [27] eis ingesserit. §. 3. Si eos in criminalibus causis accusaverit, quæ non sunt adversus [28] principem, sive rempublicam. §. 4. Si cum maleficis hominibus ut [29] maleficus versatur. §. 5. Vel vitæ [30] parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverit. §. 6. Si novercæ [31] suæ, aut concubinæ [32] patris, filius sese immiscuerit. §. 7. Si delator [33] contra parentes filius extiterit, & per suam delationem gravia eos dispendia fecerit sustinere. §. 8. Si quemlibet de prædictis parentibus [34] inclusum [35] esse contigerit, & liberi qui possunt ab intestato ad ejus successionem venire, petiti ab eo vel unus ex his in sua eum noluerit fidejussione suscipere, vel [36] pro persona, vel pro debito, in quantum esse qui petitur, probatur idoneus, hoc tamen quod de fidejussione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus pertinere. §. 9. Si convictus fuerit aliquis liberorum ex eo quia prohibuerit [37] parentes suos condere [38] testamentum: ut si quidem postea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exheredandi licentia [39]. Si autem in ipsa prohibitione, sine testamento aliquis ex parentibus decesserit, & alii sive qui ab intestato ad hereditatem defuncti, aut cum ipso filio qui testamentum fieri prohibuit, aut post illum vocantur, sive illi quos heredes, aut legatarios habere volebat, vel qui læsionem aliquam ex prohibitione testamenti sustinuerunt, hoc ipsum approbaverint: secundum alias leges super hoc positas talia negotia terminentur. §. 10. Si præter voluntatem parentum inter [40] arenarios vel mimos sese filius sociaverit, & in hac professione permanserit: nisi forsitan etiam parentes ejusdem professionis [41] fuerint.

§. 11. Si alicui ex prædictis parentibus volenti suæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires substantiæ suæ pro ea præstare, illa non [42] consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si [43] vero usque [44] ad vigintiquinque annorum ætatem pervenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc contigerit in suum [45] corpus eam peccare, aut sine [46] consensu parentum marito se, libero [47] tamen, conjungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia non sua culpa, sed parentum id commissse cognoscitur.

§. 12. Si [48] quis de prædictis parentibus furiosus [49] fuerit, & ejus liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non existentibus, alii ejus cognati, qui ab intestato [50] ad ejus hereditatem vocantur, obsequium ei & curam competentem non præbuerint: siquidem a tali fanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas utrum velit negligentem filium vel filios, aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. Si autem aliquo furoris modo eum detentum extraneus aliquis viderit a suis neglectum liberis vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis heredibus, & pro misericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam attestationem eis qui ab intestato, vel ex testamento jam facto ad furiosi hereditatem vocantur, scriptis dirigere, ut eum procurare festinent. Si autem post hujusmodi attestationem neglexerint, & extraneus in suam domum furiosum susceptum sumptibus propriis usque ad finem vitæ ipsius procurasse monstratus fuerit: eum qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad ejus successionem pervenire decernimus, evacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso (sicut diximus) curam præbere neglexerint: ita tamen ut cætera testamenti capitula in sua maneant firmitate. §. 13. Si unum de prædictis parentibus *in captivitate* [51] *detineri contigerit*, & ejus liberi, sive omnes, sive unus, non [52] festinaverint eum redimere: siquidem valuerit calamitatem captivitatis evadere: in ejus fit potestate: utrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere. Si autem per liberorum negligentiam [53] vel contemptum non fuerit liberatus, & in captivitate decesserit, illos ad successionem ejus venire non patimur, quia non festinaverunt ejus redemptionem citius procurare: sed omnibus liberis in hoc negligentibus res universas ab eodem relictas, ecclesiæ civitatis ex qua oritur, applicari, inventario scilicet sub publica attestatione celebrando, ne quid ex ejus facultatibus pereat: ita ut quicquid exinde ad ecclesiam pervenerit, captivorum redemptioni proficiat. Sed hæc quidem quantum ad personas dicta sunt, quas exheredare non licet, nisi ingratitudinis causas ubique approbari contigerit. Occasionem autem nobis ad generalem legem promulgandam hæc præsens causa nosciturobtulisse. Sed universaliter jubemus, ut si ille qui in captivitate detentus fuerit, liberos non habuerit, & aliis qui ad ejus hereditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captivitate defunctus fuerit: nullus ex iis qui neglexerit, ad hereditatem ejus perve-

1 *Sub.* prioris. 2 De appellationibus, *Index Leg.* Si qua nova lex per porrectam provocationem promulgetur, Jul. *ibid.* Goth. Vid. Rittershul. *part.* 10. *cap.* 5. Anf. 3 Retractiones vocat Jul. *hic.* ubi tamen perperam legitur retractationes. Est vero retractatio ἀνακεφαλαίωσις, Græcis. 4 Relationes vertit Julianus: quas Græci hic ἀναφορὰς appellant. 5 Renunciatio hæc notanda practicis usitata: in qua litigatores renunciant omnibus allegationibus suis: ἀνακαλοῦσι τὰς Græci hic appellant. 6 Qui διαγινώσκουσι. 7 *Novell.* 73. *c.* 9. *l.* 7. *C. de legib. l.* 27. *C. de ædif.* 8 Lex quotiescunque ad præterita negotia porrigitur, negotium jam finitum, transactione vel sententia, non comprehendit *l.* 22. §. 1. *C. de sacrof. eccles. l.* 1. *in fin. Cod. de contr. jud.* 9 Jul. *cenſ.* 107. *num.* 372. 10 Hinc ſumpta eſt Authentica, *habemus. C. de judiciis.* 11 Διαγινωσκικὰ κ᾽ ὀνικά. 12 Dilationes, novas allegationes cauſantibus, dantur, cauſa cognita. 13 Tempora probationum. 14 Nota regulam. 15 Probationis & inſtrumentorum proferendorum cauſa, dilatio danda eſt, *l.* 99. *in fin. ff. de verb. ſign. l.* 6. *l.* 9. *C. de judic.* 17 §. Harmenop. 9. §. 31. *& ſeq.* 18 Jul. *hic n.* 374. 19 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Non licet* & Authentica, *Ex cauſa. Cod. de ſtb. prud.* Goth. Inteſtatum hujus *cap.* 3. vid. apud Dekherr. *lib.* 1. *diſſert.* 8. *num.* 23. 24. 25. Anf. 20 Nemo aſcendentium, deſcendentium aliquem præterire, vel ſine cauſa exheredare poteſt, *l.* 30. *ff. de liber. & poſthum. l.* 3. *ff. de injuſtis. pr. Inſtit. de exhered. lib.* 21 Quarta liberis relinquenda eſt inſtitutionis, non donationis, legati, vel fideicommiſſi titulo. Jus ita vetus abrogatur, cujus ſit mentio in §. 6. *Inſtit. de inoff. teſtam.* quo ſupplementum quartæ jure legati reliquiſ poterat. Pone, Pater reliquit filiæ centum pro ſua legitima vel pro ſua Falcidia, quæro: utrum his verbis filia concluditur inſtituta? Bartolus *in Auth. ſi parent. C. de inoff.* ita putat. Mathefilanus autem *ſingul.* 159. non admittit his verbis inſtitutionem, etiam implicitam includi, *arg. l. cupi.* 16. *ff. ad SC. Trebell.* Cur? Hxc enim verba nimis generalia eſſe, præſumi quidem in omni actu ſolennitatem intrinſecam, modo verba per ſe, inaque vi ad ſolennitatem hujusmodi arguendam vel demonſtrandam apta ſint. Cujusmodi verba in contractibus quidam ſolemnia occurrunt, ut eſt fidejubeo, promitto, *l. ſpondam.* 30. *ff. de verb. oblig.* minus autem ſolemne eſſe verbum, Conveniſ. *l. tecta.* 40. *ff. de rebus creditis.* Item quæro, An teſtamentum, in quo liberis legitima titulo legati ſit relicta, valeat ſaltem ſub nore Eccleſiæ & piæ cauſæ? Tiraquellus ita putat 14. *privil. pia cauſa.* 22 Viglius *ad* §. *ult. Inſt. de exhered. lib.* ait, Exheredationem valere interdum non expreſſa cauſa exheredationis, veluti ſi bona mente facta fuerit exheredatio, ut exheredato proſit*ſet*, *l.* 18. *ff. de liber. & poſth.* ſi voluntate ejus, qui exheredatur, Bat, *leg.* 8. §. 6. *ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* vel a milite, ſi filia, que ab inteſtato non poteſt ſuccedere, exheredatur, vid. Vigl. *ibid.* 23 Hinc poſtumus colligere, Poſthumum exheredari non poſſe, *l.* 23. *C. de inoffic. teſtam. l.* 5. *in fin. ff. de ſuis & legitim. liberi.* & ita abrogari videtur *l.* 2. *C. de frat. lib.* §. 2. *Inſt. de exhor. lib.* adde *l.* ult. *C. de lib. præteri.* 24 Præter quatuordecim cauſas, J. enumeratas, exheredationis juſtæ cauſæ nullæ ſunt. Interpretes tamen ſimiles graviorosque communi opinione admittunt, ut hodie non ſint tantum 14. cauſæ, ſed infinitæ prope ac innumerabiles: quod tamen Viglio diſplices, *d. l.* 25 *l.* 1. §. 2. *ff. de obſ.* 25 Ut ſi fine patris conſenſu inhoneſtam uxorem duxerit. Plerique hæc verba ad quamcunque injuriam gravem extendunt. 27 *d. l.* 1. *in fin.* 28 Liberi parentes ſecularc poſſunt facta majeſtatis i. Feudor. 24. §. 2. *verſ. porro.* 28 Liberi parentes ſecularc poſſunt facta majeſtatis i. Harm. 6. *cap. περὶ κεκακολμένων*, ut & uxor maritum. Harm. *ibid.* ſervus dominum, libertus patronum, *l.* 7. §. 2. *ff. ad l. Jul. majeſt.* 29 Non continuo damnandus eſt, qui inter malefícos in itinere vel hoſpitio repertus fuerit, cum eo nomine, niſi ſocietas latrocinii ſit, puniri nemo debeat. *Novell.* 22. *cap.* 15. *l.* 39. §. 4. *ff. ad l. Jul. de adult.* 30 Vid. *tit. de leg. Pomp. de parricid.* 31 Privigni cum noverca conſtituto inceſtuoſis *l.* 17. *C. de nupt.* adde *l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* 32 Concubina patris quoque conſuetudine filius abſtinere debet, etiamſi eam uxorem velit ducere *l.* 4. *C. de nupt.* 33 Si calumniator, Jul. *hic. ει συκοφάντης κατὰ τῶν γονέων. Scrimg.* 34 Idem in patrono 2. *Feud.* 24. §. 2. *verſ. item ſi.* 35 Ingratus in parentem cenſetur, qui pro eo carcere incluſo fidejubere noluit. Alias filius non cogitur ex alienum patris exſolvere. *l.* 6. §. 15. *ff. de agn. & alend. l.* 2. 3. 4. *C ne filius pro patre.* Illud de Cimone fertur, cum patrem ob crimen peculatus in carcerem conjectum ſtipe defunctum, translatis in ſe vinculis, ad ſepulturam redemiſſe. Juſtin. 2. Valer. 5. *cap.* 3. qui & hæc de cujusdam filia erga patrem pietate refert, Etiam quando extitille, quæ patrem ſuum conſimili fortuna cum Cimone affectum, & pari cuſtodiæ traditum, jam ultimæ ſenectutis infantem, pectori ſuo admotum uberibus aluerit, adde Feſtum *in verb. pietatis.* 36 Fidejubetur vel pro perſona, vel pro debito. 37 *l.* 23. *C. de inoff. teſtam.* 38 Condere, id eſt, facere. 39 Quid ſi non exheredaverit? poteſt hereditas ei velut ingrato auferri, *l.* 1. *ff. & l.* 2. *C. ſi quis aliquem teſt. proh.* Paul. 5. *ſent.* 12. §. 2. 40 Daturne filio arenarii querela inofficioſi? vid. *l.* 11. *C. de inoff. teſtam.* 41 Pater non poteſt improbare mores, quos ipſe liberis præfert. *l. in arenam. C. de inoffic. teſtam.* Anf. 42 Poteſt quidem filia impune, juſta tamen de cauſa, detractare nuptias ſibi a parente oblatas, *arg. l.* 19. *C. de inoff. teſtam.* Si tamen eas detrectaverit, ut luxurioſam vitam eligeret, velut ingrata a parente poteſt exheredari, *l.* 19. *C. de inoff. teſtam.* Goth. Videtur improbari jure Canonico *cap.* 1. *De diſponſ. impub.* Anf. 43 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed ſi puer. C. de inoff.* 44 Aliud itaque in minore 25. annis. 45 *In corpus peccare*, hic aliud nihil eſſe puto, quam mercricio more vivere. Eo igitur addunt, ut credam, filiam majorem 25. annis patre ceſſante ei conditionem querere, non ob id exheredari poſſe, quod in corpus ſuum peccaverit, forte ſemel, aut aliquoties, eam tamen, aliud vero fore, ſi palam turpiter vivat & flagitioſe. *l.* 19. *Cod. de inoff. teſtam.* 46 Hic queri uerito poteſt, An filia ob nuptias ſine conſenſu parentum contractas exheredari poſſit? filia minor 25. annis nuptris contrahere ſine patris conſenſu non poteſt, *ut hic*, ſine conſenſu etiam matris, id quc metu ingrati, *l.* 18. *l.* 20. *Cod. de inoff. teſtam. l.* 1. *l.* 18. 20. *C. de nupt.* major 25. annis poteſt, *ut hic.* Maſculi emancipati ſine conſenſu poſſunt uxorem ducere, *l.* 25. *ff. de ritu nupt.* non tamen propoſuiſſe: poſſunt alioquin exheredari, *l.* 3. §. 5. *ff. de bon. poſſ. contra tab.* In poteſtate poſiti tum demum poſſunt, cum eis conditio a patre de ea re interpellato, non queritur, *l.* 19. *ff. de ritu nupt.* 47 Utcunque filiæ major 25. annis poſſit ſine conſenſu patris nuptias contrahere, non poteſt tamen ſervi nuptias eligere, *ut hic.* 48 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Liberi. C. de epiſc. aud.* 49 Furioſi parentes a liberis impune non negliguntur; retinent enim matrimonium & poteſtatem patriam furioſi, *l.* 8. *ff. de his qui ſui vel al.* Etiamſi propter furorem in cura liberorum ſuorum eſſe poſſint, vide *l. l. C.* 2. *l.* 4. *ff. de curat. furioſ.* 50 Vel ex teſtamento, *l.* 3. *ff. de bis quib. ut indigna.* 51 Hinc ſumpta eſt Authent. *Si captivi. Cod. de epiſc. & cler.* 52 Hoc impietate laboravit Gallienus Imperator, de quo vid. Treb. Pollionem *in Gall.* 53 Pœna liberorum parentem captivum non liberantium.

niat, licet ante captivitatem testamentum forsan ab eo fuisset conscriptum, in quo memoratas personas scripsit heredes: sed hac quoque institutione heredum infirmata, & cæteris testamenti capitulis in suo robore permanentibus substantiæ talium personarum simili modo ecclesiis civitatum ex quibus orti sunt, applicentur, & nullis aliis causis, quam in captivorum redemptionibus expendantur: ut unde [1] illi a suis non sunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipsorum quoque animæ ex hac causa pissima subleventur. Hoc eodem observando & si aliam extraneam personam ante captivitatem scripsit heredem: & illa sciens se ab eo heredem scriptam, eum redimere a captivitate neglexerit. Hanc autem poenam contra illos valere jubemus, qui octavum [2] & decimum suæ ætatis annum compleverint. In hujusmodi [3] vero causis quando pro captivorum redemptione necessarium fuerit dare pecunias, si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratæ sit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles vel immobiles supponendi; sive propriæ ipsius sint, sive illius [4] qui in captivitate detinetur: quoniam in prædictis omnibus, quæ pro [5] captivorum redemptione data vel expensa probabuntur, contractus hujusmodi tanquam a persona suæ potestatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos esse decernimus: nullo eis qui cum hujusmodi personis in memoratis causis quo prædictum est modo contraxerint, præjudicio generando: necessitatem scilicet habente eo qui ex captivitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis tanquam suis debitis obligari.

§. 14. Si quis [6] de prædictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium vel liberos [7] non esse catholicæ fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes [8] beatissimi patriarchæ una consp*i*ratione & concordia fidem rectissimam prædicant, & sanctas quatuor [9] synodos, Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Chalcedonensem amplecti seu recitare noscuntur: licentiam habeant pro hac maxime causa ingratos eos & exheredes in suo scribere testamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autem [10] providentiam liberis catholicis deferentes, jubemus salvis legibus quæ jam de aliis hæreticis sunt prolatæ & circa Nestorianos & Acephalos, hæc observari, ut si quando parentes inventi fuerint sive Judaico Novatiani furori dediti, sive Acephalorum amplectentes insaniam, & ideo ab Ecclesiæ catholicæ communione separati, non liceat eis alios heredes sibi instituere [11] nisi [12] liberos orthodoxos [13] & Ecclesiæ catholicæ communicantes, vel liberis non existentibus agnatos, vel cognatos, qui scilicet catholici sint. Quod si forte ex filiis alii quidem sunt orthodoxi, & Ecclesiæ catholicæ communicantes, alii vero ab ea separati, omnem parentum substantiam ad [14] filios tantum catholicos pervenire sancimus: licet ultimas voluntates hujusmodi personæ fecerint contra tenorem hujus nostræ constitutionis aliquid disponentes. Si vero posthac fratres ab ecclesia separati, ad eam conversi [15] fuerint, pars eis competens, in statu in quo inventa fuerit tempore quo redditur, eis præbeatur, ut nullam de fructibus aut gubernatione medii temporis inquietudinem vel molestiam catholici patiantur qui ante prædictas res detinebant: quoniam hujusmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus, ita præteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his a quibus detenti fuit, exigi vel retractari permittimus. Si autem usque ad finem vitæ suæ in eodem errore non communicantes permanserint: tunc catholicos fratres, vel hæreticos ipsorum, plenissimo jure dominii easdem res possidere decernimus: quod si filii quidem omnes perversi, & ab Ecclesiæ catholicæ communione alieni inventi fuerint, alii autem propinqui agnati vel cognati religionem catholicam colentes, & communicatores esse fuerint approbati, eos liberis [16] hæreticis anteponi, & eorum hereditati succedere. Si vero liberi & propinqui agnati vel cognati ab orthodoxæ religionis communione sunt extranei: tunc siquidem schema clericorum parentes eorum habuerint: ad [17] ecclesiam civitatis ubi [18] domicilium habebant, res eorum volumus pertinere: ita ut si ecclesiasticci intra annale spacium hujusmodi personarum vindicare res neglexerint: earum dominium nostri fisci juribus vindicetur. Si autem laici sunt, sine aliqua distinctione substantias eorum ad res privatas nostras similiter pervenire sancimus. Quæ obtinere decernimus etiamsi testamento non facto tales personæ decesserint: omnibus quæ contra hæreticos in aliis constitutionibus disposita sunt, & contra Nestorianos & Acephalos, & alios [19] omnes qui catholicæ ecclesiæ (in qua prædictæ quatuor synodi, & patriarchæ recitantur) non communicant, & successiones eorum, similiter observandis. Si enim pro causis corporalibus cogitamus: quanto [20] magis pro animarum salute providentia est nostræ solicitudinis adhibenda? Sive [21] igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, sive certas ex his, sive unam [22] quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, & scripti heredes nominatam, vel nominatas causas, vel unam ex his ve-

1 Qui major 18. annis (signoſcitur enim ætati minoris, ſeu non exepliebi, qui redemptionem patris non procuravit) parentem captivum redimere neglexit, quod ab eo aliquin potuit teſtamento capere, id amittit & captivis redimendis cedit. Eſt hoc in pœnis irrogandis, quoad ejus fieri poteſt, ſervandum, ut pœna delicto ſimilis imponatur, quæ delinquentis animo ſpeciem delicti maxime repræſentet, ut per ea quisque punatur, per quæ vel in quibus peccaverit. 2 Hæc eſt plena pubertas. 3 Minor 25. annis, major 15. poteſt mutuo accipere pecuniam, resque ſuas pignori dare, liberandi patris captivi cauſa. 4 Filius res parentis obligare poteſt ejus ab hoſtibus redimendi cauſa. 5 Redempto captivorum favorabilis, adde *Nov.* 120. *c.* 10. dixi ad *l. ſanctimus. 21. in fin. C. de ſacr. eccl.* 6 *S. Harm.* 9. §. 52. περὶ αἱρετικῶν. 7 Liberi hæretici non ſuccedunt patri vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, *l.* 19. *C. de hæreticis.* 8 Non dicit omnes homines, ſed omnes patriarchas beatiſſimos, nec cum omn a hominibus in veram & orthodoxam fidem conſpirant. 9 Vide *l.* 7. 6. 4. *Cod. de ſummis trinit.* 10 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Idem eſt. C. de hæret.* 11 Hæretici parentes teſtari inter liberos poſſunt. 12 *Novell.* 118. *cap.* 6. *Novell.* 144. *cap.* 1. *l.* 18. *Cod. de hæret.* 13 Hoc quidam volunt, abrogari per *Authenticam Gazzaros. C. de hæret.* quæ jubet bona hæreticorum publicari, & conſequenter vetat orthodoxos liberos hæreticis parentibus ſuccedere. 14 Hæreticis quod non defertur, fratribus orthodoxis adcreſcit. 15 Hæreticorum liberorum jus in ſuſpenſo eſt: Quamdiu ſunt hæretici, fratres eorum orthodoxi vel cognati eis præferuntur, fructus etiam lucrantur: non tamen proprietatem fratri hæretico delatam alienare poſſunt. Hæretico namque reſipiſcente, proprietatem ei reſtituere cogunt ur, non tamen fructus. 16 Obſerva caſum, in quo agnati & cognati defuncti excludunt hæretici patris filium excludere, ſed & eius agnatos. 17 Eccleſia in bonis clerici hæretici filium excludit *J. hic. ibi, ita ut ſ. &c.* quod hodie non ſervatur. Clarus §. *fenſ.* 8. *Herejis, verſ. item bona*, refert in ducatu Mediolanenſi bona dividi aquis portionibus inter filium ducalem & epiſcopos & inquiſitores. In Hiſpania, omnia bona hæretici, etiam clerici, vel beneficium eccleſiaſticum habentis, fiſco Regio cedunt, quantumvis hæretici parentis filiæ ſint orthodoxi, *arg. Authenticæ Gazaros, C. de hæret.* cujus ſententia prævaluit, quod vehementer repugnat huic Novellæ S. *hic.* ibi, *non liceat eis alios heredes inſtituere*,

ram eſſe monſtraverint [23], teſtamentum ſuam habere firmitatem decernimus. Si autem hæc obſervata [24] non fuerint, nullum exheredatis liberis prædicium generari: ſed quantum [25] ad inſtitutionem heredum pertinet, teſtamento evacuato, ad parentum hereditatem liberos tanquam ab inteſtato ex æqua parte pervenire, ne liberi falſis [26] accuſationibus condemnentur, vel aliquam circumſcriptionem in parentum bonis quæ dam legata [27] vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, vel quæ libet alia capitula conceſſa legibus nominari: ea omnia jubemus adimpleri, & dari illis quibus fuerint derelicta, & tanquam in hoc non reſciſſum obtineat teſtamentum. Et hæc quidem de parentum ordinavimus teſtamentis.

CAP. IV.

Quæ ſint juſtæ cauſæ parentum [28] exheredationis [29].

JUſtum autem perſpeximus, & e contrario de liberorum teſtamentis hæc eadem cum aliqua diſtinctione diſponere. Sancimus [30] itaque non [31] licere liberis parentes ſuos præterire, aut quolibet modo a bonis propriis, in quibus habent teſtandi licentiam, eos omnino alienare: niſi cauſas quas enumeravimus, in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominaverint. Has autem eſſe decernimus. §. 1. Si parentes ad interitum [32] vitæ liberos ſuos tradiderint: citra cauſam tamen quæ ad [33] majeſtatem pertinere cognoſcitur. §. 2. Si venenis [34] aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ inſidiati probabuntur. §. 3. Si pater nurui [35] ſuæ, aut concubinæ filii ſui ſeſe immiſcuerit. §. 4. Si parentes filios ſuos teſtamentum [36] condere prohibuerint in rebus, in quibus habent teſtandi licentiam: omnibus videlicet, in hujusmodi teſtamentorum prohibitione ſervandis quæ in parentum perſona diſtinximus [37].

§. 5. Si contigerit autem virum [38] uxori ſuæ ad interitum, aut alienationem [39] mentis dare venenum, aut uxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius inſidiari: tale quidem utpote publicum crimen conſtitutum, ſecundum leges examinari, & vindictam legitimam promereri decernimus, liberis autem eſſe licentiam, nihil in ſuis teſtamentis de facultatibus ſuis illi perſonæ relinquere, quæ tale ſceleus noſcitur commiſiſſe. §. 6. Si liberis, vel uno ex his in furore [40] conſtituto, parentes eos curare neglexerint: omnia & hic obſervari præcipimus, quæ de parentibus furioſis ſuperius diſpoſuimus [41]. §. 7. His caſibus etiam cladem captivitatis [42] adjungimus: in qua ſi liberos detineri, & per parentum contemptum vel negligentiam non redemptos ab hac luce tranſire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii teſtari potuerant: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſerventur, quæ & de parentibus vel cognatis atque agnatis qui ab inteſtato ad talium perſonarum jura vocantur, aut de extraneis ſcriptis heredibus ſupra cenſuimus [43]. §. 8. Si quis de prædictis liberis orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum parentem vel parentes non [44] eſſe catholicæ fidei: hæc & in eorum perſona tenere, quæ ſupra de parentibus juſſimus [45]. §. 9. Si tales igitur cauſas, vel certas, aut unam ex his liberi ſuis teſtamentis inſcripſerint, & ſcripti ab eisdem heredes, aut omnes, aut certas, aut unam ex his probaverint, teſtamentum in ſua firmitate manere præcipimus. Si autem hæc omnia non fuerint obſervata, nullam vim hujusmodi teſtamentum quantum ad inſtitutionem heredum habere ſancimus: ſed reſciſſo teſtamento, eis qui ab inteſtato ad hereditatem defuncti vocantur, res ejus dari diſponimus: legatis videlicet vel fideicommiſſis & libertatibus & tutorum dationibus, ſeu aliis capitulis, ſicut ſuperius [46] dictum eſt, ſuam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis ſive fideicommiſſis & libertatibus, & tutorum dationibus, aut quibuslibet aliis capitulis, in aliis legibus inventum fuerit huic conſtitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæc quidem exheredationis aut prætheritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis cauſas contra prædictas perſonas ſtatuendæ ſunt: ſi quæ autem ex his inter crimina reputantur, earum autores etiam alias [47] pœnas ſentiant legibus definitas.

CAP. V.

Ut [48] non liceat creditori heredes defuncti pro debito molestare ante novem [49] dies.

HÆc autem diſpoſuimus, ut & parentes & filios a teſtamentorum injuria [50] liberos reddamus. Cæterum ſi qui heredes fuerint nominati: etiam [51] ſi certis rebus juſſi fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtamentum quidem nullatenus ſolvi præcipimus: quicquid autem minus ei legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias [52] leges ab heredibus impleri [53]. Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio, a parentibus & liberis injuriam præteritionis, & exhercdationis auferre: *Conſiderare namque debent parentes, quia* [54] *& ipſi ſibi ſeenrent, & eadem a ſuis parentibus ſperaverunt. Et ſimiliter qui nunc filii ſunt debent ſtudere parentum animos ſanare: quia* [55] *& ipſi parentes fieri deſi-*

niſi liberos orthodoxos. 18 Non eccleſiam quandam generalem. 19 Pœnæ hæreticorum ad ſimiles extenduntur. 20 Animarum major, quam corporum habenda eſt ratio. Animas etiam quibuscunque rebus præferri oportet, *l.* 21. *in fin. Cod. de ſacr. eccl.* 21 De inofficioſo teſtamento, Jul. *hic conſtit. Iust. cap.* 32. adde 1. Harm. 9. §. 1. 22 Ingratitudinis vel unica cauſa ad exheredandos liberos ſufficit. 23 Præſumuntur aliqui liberi ipſi merito a filii probentur immeriti. 24 Id eſt, probata. 25 Hinc ſumpta eſt Authentica, *ex cauſa. Cod. de liberis præteritis.* 26 Falſis parentum accuſationibus temere non credendum, *l.* 4. *ff. de inoff. teſtam.* 27 Injuſta exheredatio liberorum teſtamento adſcripta teſtamentum non vitiat, ſed ſolas inſtitutiones, non legata, non fideicommiſſa, non libertates: quod olim non fuit, *l.* 8. §. 16. *l.* 25. *ff. de inoff. teſtam.* 28 Vid. Harm. 9. §. 56. 57. *& ſeq.* 29 Jul. *cenſ.* 107. *num.* 376. 30 Hinc ſumpta eſt Authentica, *In teſtam. C. ad SC. Treb.* 31 *Nov.* 1. *pr.* §. 2. adde *l.* 11. *ff. de inoff. t.* 7. §. 1. *ff. unde liberi.* Goth. Etiam ante hanc Novell. non licuit filiis, parentes præterire *c.* 17. *C. de inoff. teſtam. l.* 14. *l.* 15. *& ſeq. ff. hic.* Donell. 6. *comment.* 14. Cujac. 8. *obſ.* 23. Anf. 32 *l.* 4. *ff. de agnoſc. & al. lib.* 33 Vitæ liberorum inſidiari permiſſum in adde *l.* 35. *ff. de retract.* 34 *d. c.* 3. §. 5. 35 *d. c.* 3. §. 6. 36 *d. c.* 3. §. 9. 37 *d.* §. 9. 38 Interſ. horem matris exheredare poſſumus, etiam parentem: diſſimulatam ideo poenam ejus legimus, in ea, que pro vindicta liberorum matrem ſuam interfecit, cum illa nepotes ſuos veneno ſuſtuliſſet. vide quæ notavi ad *l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* 39 Εἰς ἐκσεσῶν διανοίας. 40 *c.* 3. §. 9. 12. 5. *hic.* 41 *d. c.* 3. §. 12. 42 *d. c.* 3. §. 13. 43 *d.* §. 13. 44 *d. c.* 3. §. 14. 45 *d.* §. 14. 46 *d.* §. 14. *in fin.* 47 Præter exheredationem. 48 Ut non liceat creditori ante luſtuoſos novem dies, debitore ſuo mortuo, aliquem molestare, propter hoc quod defunctus debet. Jul. *conſt.* 107. *n.* 377. 49 *Nov.* 60. *c.* 1. 50 Exheredatio injuriæ ſpecies. Iuriusaliis in re certa pro legatario habetur, *l.* 13. *Cod. de bered. inſtituend.* 51 Iuſta. *Nov.* 15. *c.* 5. Harm. 9. §. 17. *l.* 14. *l.* 15. *ff. de inoff. teſtam.* 52 Adde mentum legitime obſerva, de quo vide *l.* 30. *C. de inoff. teſtam.* 53 Actionem ad ſupplementum legitimæ ſic dicunt. 54 Senes aliquo pretent. *adl.* 2. *ſen.* 1. 55 Laudat quisque facile, quod optat.

CONSULTA. USO EXCLUSIVO EN LA SALA